Id quod demonſtrare iam pluribus non opus eſt, cum ſua ſponte ſatis ex præmiſſis pateat, *& reliqua etiam*, quæ Prophetæ de venturo Meſſia habent, non minus Nazareno *noſtro* competant. Legi h. l. cum fructu poteſt Hauemanni Wege-Leuchte/ p. 317. ſeq. & peculiaris concio Speneri, daß unſer HErr IESVS der wahre Meßias oder CHriſtus ſey.

2.) *IMMANVEL eſt ipſe EL, ipſe DEVS, cum Patre vnus.*

Patet hoc: α) *Ex ipſo eius Nomine*, quo non modo dicitur עמנואל, ὅ ἐςι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς. ſed & *inuocatur*, O IMMANVEL! Ieſ. IIX, 8. 10. IX, 6. Ioh. XX, 28. Ier. XXX, 9. Eſ. XXV, 9. XL, 35. Luc. I, 16. 17. 43. 47. 31. 76. 78. II, 11. 30. Matth. II, 11. θεάνθρωπος, DEVS-HOMO, Gen. IV, 1. Ioh. I, 1. 14. Prov. VIII, 22-31. θεὸς ἐν σαρκὶ, 1 Tim. III, 16: id quod binas naturas, diuinam nempe & humanam, in vna perſona ipſius exiſtentes, notat. β) *Ex Officio*, quod ex nominis Ἰησοῦ diuina, & ab Angelo tum ſimul intimata ratione deducitur: Αὐτὸς (ipſemet) σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ (*ſuum ipſius* populum) ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. V. 21. ſtatimque V. 23. cum nomine *Emmanuel* connectitur; (2 Cor. V, 19. vbi de *Deo in Chriſto*. Col. I, 17 19. ſeq. vbi de *ſyſtemate* rerum omnium in eodem. II, 9. 1 Ioh. I, 2. 3. 7; vbi de Ieſu, tanquam vita æterna, quæ erat *apud Patrem*, & apparuit *nobis*, vt ſuo *Filii Dei* ſanguine nos emundet *ab omni peccato*.) quod certe nudus homo, ſiue ψιλὸς ἄνθρωπος præſtare nullo modo poteſt Hoſ. I, 7. 10. II, 16. 19. III, 5.

Cyrill. Hieroſ. catech. 11. § 5.

Gouſſet Tern. p. 117. ſeq. Emmanuel par Pierre Yuon.

3.) *IMMANVEL* Homo *eſt, vere ac proprie conceptus & natus.*

Apparet hoc ex deſcriptione Natiuitatis eiusque Circumſtantiis: α) enim vere grauida & prægnans fuit eius Mater